



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Poenitentiis, Et Remissionibus. Titvlvs X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

teretialium filiorum atque nepotum ex virili sexu de-  
 scendentium ab eisdem, alicuius aperiatur janna digni-  
 tatis, aut honoris ecclesiastici vel mundani, seu ad alicu-  
 jus loci regimen sit ascensus: sit eis postulandi negata  
 facultas, sit notorie a judicatus, & quodlibet aliud offi-  
 cium seu ministerium publicum interdictum: in judi-  
 ciis eorum assertio contra quenquam nihil fidei, nihil  
 credulitatis inveniat, ut ad testimonium proffus reddan-  
 tur indigni: sit eis ad ordines ascensus inhibitus, sit ad  
 beneficium vel officium ecclesiasticum denegatus acces-  
 sus b, & (ut magis famosa sit eorum infamia) ad actus  
 legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur  
 eisdem super aliquo premissis, omni & spe dispen-  
 sationis adempta. Preterea nihilominus adjicimus sanc-  
 tionem, ut ex infectione predicta, sicut ex injectione  
 manuum violenta, ipso facto excommunicationis sen-  
 tentiam quis incurrat, & tam infecutor, quam alii supra  
 dicti tam mali participes, quamdiu in sua contumacia  
 perdurarint, singulis diebus dominicis & festivis pueris  
 campis, & candelis accensis, per omnes illius loci ec-  
 clesias, in quo tantum facinus fuerit attemptatum, nec non  
 civitatum & diocesium vicinarum a excommunicati pub-  
 lici denuncientur: nec ab alio, quam a Romano  
 Pontifice possint absolutionis beneficium obtinere, nisi  
 duntaxat in mortis articulo constituti.

Quam autem fuerint absolvendi: primo sufficienter  
 & idonee caveant, quod inferendae poenae parebunt, &  
 auxiliante Domino poenitentiam peragent injungendam:  
 deinde per omnes illius loci ecclesias principales, vici-  
 norumque locorum, diebus dominicis & solemnis in-  
 cedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes,  
 & serulas deferentes in manibus, cum quibus per eandem  
 ecclesias publice sustinentur: ita postmodum ultra ma-  
 re, & ibidem acturi poenitentiam per tres annos ad mi-  
 nus, nec exinde postmodum reverturi absque sedis Apo-  
 stolicae licentia speciali. Verum cum talis gratiam re-  
 conciliationis meruerit (beneficio absolutionis obtento)  
 indulgetur ei licentia, ut suam & suorum injuriam pro-  
 sequatur: & debitorum illorum, quae contracta fuerint, &  
 de postmodum acquisitis repetitio non negetur. Illud  
 autem non duximus omittendum, quod si quis fuerit in  
 premissis nudo consilio aut simplici favore culpabilis, ju-  
 dex in talem poenam metiatur ex culpa: ut secundum  
 quod excessus exegerit, vindicta procedat. Ceterum,  
 quia dignum est, ut nefandi ratione flagitii ultionis seve-  
 ritas amplius extendatur, & propter enormitatem culpa-  
 rum, plagiarum modas exuberet, nec poenis solitis con-  
 tentetur: statimus, ut ad collaterales fratres, videlicet  
 nepotes, & pronepotes talium possit extendere poenas in  
 hujusmodi nostra constitutione contentas, circumscriptio  
 Romani Pontificis, prout circumstantiae rationabiles  
 suadebunt.

Premissis etiam dignum censuimus annexendum:  
 ut si quisquam aliquo predictorum excessuum, quen-  
 quam de clericis vel religiosis nostrae familiae, vel car-  
 dinalium officere forte praesumpserit, proportionetur  
 poena delicto: ita quod vindicta ex aequo excessui re-  
 spondente ab offensa nostrorum cohibeatur deinceps  
 manus temerariae formidine ultionis, quas Dei vel no-  
 stra seu fratrum nostrorum reverentia non coequet. Si  
 quis vero per se vel per alium occiderit cardinalem  
 (quod absit) vel deiecit causam mortis: ultra quam

premissa contineant, sic in eam potestas jurisdictionis in-  
 surgat, sic rigor ultionis infiliat, quod contra vitam sub-  
 sidium mortis solatium invocet, vivens poenae non culpa,  
 vindicta speculum non offensa. Per hoc quoque secul-  
 laribus potestatibus non adimimus facultatem utendi le-  
 gibus contra tales, quas adversus sacrilegos catholici  
 Principes ediderunt. quis enim locus regiminis poterit  
 esse tutus, quis rector securitate gaudebit, si Romana  
 ecclesia (quae omnium ecclesiarum disponente Domino  
 caput est & magistra) casibus istis subicitur? si ejus filii  
 speciales hujusmodi periculis exponuntur? Quem eccle-  
 siae filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta non  
 tangeret, & confusio tam aspera non moveret? Porro si  
 filius est, dolebit: si fidelis, matre fidei laesa laedetur.  
 Quapropter si Princeps, senator, consul, potestas, vel al-  
 lius dominus sive rector contra praesumptores praedictos  
 praesentis constitutionis tenorem non fecerit observari:  
 tam ipse, quam officiales ipsius infra menssem (postquam  
 res ad notitiam eorum pervenerit) eoispo sententiam ex-  
 communicationis incurrant. Civitas vero quaevis alia,  
 praeter urbem, quae talia facienti vel facientibus seu praes-  
 lumentibus, in his consilium vel auxilium dederit aut  
 favorem, vel infra menssem saltem taliter delinquentes,  
 (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas eis  
 assuerit) non duxerit puniendos, pontificali & supra, sit  
 eoispo dignitate privata, & nihilominus remaneat in-  
 terdicta.

DE POENITENTIIS, ET REMISSIO-  
 NIBUS.

TITVLVS X.

CAP. I.

Quaestores non citant aliquos, licet eos monere possint. Et in  
 concedendis indulgentiis non excedant Archiepiscopi statutum con-  
 ciliae generalis h. d. Zen.

Innocentius IV. in concilio Lugdu-  
 nensi.

Romana ecclesia: & infra. Quae floribus a au-  
 tem fabricae Remen. ecclesiae, Remen. Archiepi-  
 scopus, sive ejus officiales citandi suffraganeorum  
 ipsius ecclesiae subditos (quos iidem quaestores sibi resi-  
 stere, aut non parere dixerint) ut super hoc compareant  
 coram ipsis, nequaquam tribuant potestatem. Super  
 benigna vero ipsorum receptione ac subventionem ipsi fa-  
 bricae faciendae, possunt eosdem suffraganeos & alios  
 Christi fideles Remen. Provinciae charitative monere.  
 In concedendis quoque indulgentiis non excedat Remen.  
 Archiepiscopus statutum conciliae generalis.

CAP. II.

Concessio generalis confessorum non tangit Episcopo specialiter re-  
 servata, nec obest consuetudini potestati quae sibi eligere confes-  
 sorem h. d. Zen.

Bonifacius VIII.

SI Episcopus suo subdito concesserit, ut sibi possit ido-  
 neum eligere confessorem, ille quem is elegerit, in ca-  
 sibus, qui eidem Episcopo specialiter reservantur b, nul-  
 lam habet penitus potestatem: Quum in generali con-  
 cessione illa non veniant, quae non esset quis verisimiliter  
 in specie concessurus. Nulla quoque potest consuetu-  
 dine introduci, quod aliquis praeter sui superioris licen-  
 tiam confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit sol-  
 vere vel ligare.

CAP. III.

Decretalis, cum ex eod. in pluribus Episcopis indulgentibus lo-  
 cum habet h. d. Zen.

a Pradicatoris quatuor omnino sustulit conc. Trid. sess. 3. de  
 refor. c. 2. in fine. & sess. 21. de refor. c. 1. b Vnde conc. Trid. sess. 3.  
 de sanctissimo poenitentiae sacramento. can. 11.

a Al. notarii. b Al. ascensus. c Al. omnino d Lo-  
 ca vicina quae dicantur, vide per Alex. consil. 17. l. 3. e Al. annu-  
 nantur. f Quoniam in mortu articulo nulla est reservatio, arg.  
 ideo omnes sacerdotes quolibet poenitentiae, a quibusvis peccatis &  
 censuris absolvere possunt: ita conc. Trid. sess. 14. c. 7. ubi de casuum  
 reservatione. g au. iuranti.



Idem.  
**I**ndulgentia a, quæ ab uno vel pluribus, Episcopis in ecclesiarum dedicationibus vel aliis quibuscunque casibus conceduntur, vires non obtinent b, si statutum excefferint concilii generalis.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS, SUSPENSIONIS, ET INTERDICTI.  
 TITVLVS XI.  
 CAP. I.

Judex qui excommunicat, suspendit, vel interdicat, in scriptis hoc faciat, & causam conscribat, & requisitus exemplum sententiae tradat intra mensem. Qui contra fecerit, per mensem ab ingressu ecclesiae & divinis est suspensus, & relaxabitur illa sententia per superiorem absq[ue] difficultate, & condemnabitur lator in expensis, & aliis poena condigna. Si sic suspensi celebrant ut prius, sunt irregulares: nec absolvantur ab alio quam Papa. b. d. Ioan. And.

Innocentius IV. in concilio Lugdunensi.

**C**um e medicinalis sit excommunicatio, non mortalis: disciplinans, non eradicans: dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat: caute provideat iudex ecclesiasticus, ut in ea ferenda ostendat se prosequi, quod corrigentis fuerit d & medentis. Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum verò huiusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere intra mensem, si fuerit requisitus, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel literas testimoniales confici sigillo authentico configuratas. Si quis autem iudicum huiusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem unum ab ingressu ecclesiae e, & divinis officiis noverit se suspensum. Superior verò, ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxans f, latorem excommunicato ad expensas, & omne interesse condemnet, & alias puniat animadversione condigna ut poena docente dicant iudices, quam grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in suspensionis & interdicti sententiarum volumus observari. Caveant autem ecclesiarum prelati & iudices universi, ne prædictam poenam suspensionis incurrant: quoniam si contingeret eos sic suspensos divina officia exequi sicut prius, irregularitatem non effugient iuxta canonicas sanctiones: super qua non nisi per summum pontificem poterit dispensari.

CAP. II.

Qui petit absolvi ad cautelam, docens excommunicationis sententiam in se latam esse nullam, absolvetur cuiuscumque, contraditione non obstante: nisi dicatur & probetur intra octo dies excommunicatus pro manifesta offensa. Qui probat se excommunicatum posse appellacionem, probatione pendente in iudicio evitabitur, extra iudicium vero non. b. d. Ioan. And.

a Vide B. Thom. in questionibus additis ad 3. part. q. 16. art. 3.  
 b Vide l. i. jurandum quid ex conventione. §. 1. ff. de iur. jur. & l. falsus. ff. quod cum sal. in. Font. c. Vide yon. Trid. sess. 25. de reform. c. 3. & cur excommunicatio dicatur medicinalis, luculenter docet Ioannes Rossensis adversus Lutherum, art. 2. & Covarruvias in cap. alma mater. de senten. excomm. l. 6. in int. d. al. est. c. Nota hic ex mente Dominici, quod non poterit domi in vtrario celebrare. Font. f. Vide l. prelatum. C. de sent. & inter. 2. in. iud. Font.

Idem in eodem.

**S**olet a à nonnullis in dubium revocari, an cum aliquis per superiorem absolvi postulat ad cautelam, dum in se latam excommunicationis sententiam affectu esse nullam, sine contraditionis obstaculo minus citè beat absolutionem impendi? Et ante absolutionem huiusmodi is, qui se offert in iudicio probaturum se posse appellacionem legitimam excommunicatione innotuam, vel intolerabilem errorem in sententia fuisse patere expressum, sit in ceteris (excepto probationis illius articulo) evitandus. In prima igitur dubitatione sic statim observandum, ut petenti absolutio non negetur, quamvis in hoc excommunicator vel adversarius se opponat: nisi cum excommunicatum pro manifesta dicit offensâ. In quo casu tertium octo dierum indulgetur sic dicenti: ut si probaverit quod opponit, non retractet sententiam, nisi prius sufficiens præstetur evictio vel competens cautio dearendo iuri, si offensâ dicit proponatur. In secunda verò quæstione statim, ut is, qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo, in ceteris, quæ ut actor b in iudicio attentaverit, interim evitetur. Extra iudicium verò in officio postulationibus, & electionibus, ac aliis legitimis actibus nihilominus admittatur.

CAP. III.

Excommunicatio lata in participatione excommunicati in locutione & similibus (canonica monitione non præmissa) non tenet. Ioan. And.

Idem in eodem.

**S**tatuimus e, ut nullus iudicum participans communi excommunicatus ab eo, in locutione & aliis, quibus ligatur participans excommunicatione minori, attentionem canonicam excommunicato majore excommunicatione præsumat: falsis constitutionibus contra illam legitime promulgatis, qui in crimine præsumunt participare damnato. Quod si ex locutione & aliis quibus participans labitur in maiorem, excommunicatus forte indurecat: poterit iudex post monitionem canonicam huiusmodi participantes consimili damnare canonice. Aliter autem in participantes excommunicato potest non tenere: & proferentes poenam legitimam poterit formidare.

CAP. IV.

Episcopi nullam interditi vel suspensio incurrunt sententiam nisi in sententia sint expressi. b. d. Ioan. And.

Idem in eodem.

**Q**uia periculum est Episcopis & eorum successoribus, propter executionem pontificalis officii, quod frequenter incumbit, ut in aliquo casu innotuit vel suspensionis incurrant sententiam ipso facto: Nos deliberatione provida duximus statuendum, ut Episcopi & alii superiores prelati nullam constitutionem occasione, sententiarum sive mandatorum prædictarum incurrant sententiam illatenus ipso iure: Nisi in ipsis de Episcopis expressa mentio habeatur.

CAP. V.

Huius decretali quing. sunt dicta. Trium quid Archiepiscopus sententia lata à subditis foris suscipiatur, nisi hoc habeat de consuetudine, non relaxat. Secundum, quod generalis sententia Archiepiscopi ligat tantum subditum, quod pro præteritis vel præsentibus culpa, non ratione futurum, ab ea lata sententia est innotuit. Quartum, quod pro futuro culpa vel iam commissa, scilicet nisi satisfactum, excom-

a Vide Abb. Felin. & alios in c. Apostolica. ext. de excep. nisi multa tradunt de absolutione ad cautelam. huius sententia.  
 b Vide Dec. in c. intelleximus. extra de iudicio. c. De part. capantibus cum excommunicato. vnde c. fecit. Apostol. 21. q. 1. & ibi late Turret. & B. Thom. in questionibus additis ad 3. part. q. 1. art. 1. & 3.

